omisso, coram terr. Ill. Castri premisl. iudic. cui se cum bonis et successoribus suis sub ad quod sequitur citatur subiecit, in primo tanquam peremptorio citationis termino rusticum et inscriptionem pecuniae, luitis prius et absolutis damnis terrestribus a iudicio non recedendum, satisfacturum se submisit. Nullisque eundem peremptorium terminum, et actus pro maiori, vel aliis quibusvis quot quot solum sint, et de iure consuetudinaque observentur dilationibus, motionibus, appellationibus, eorundem prosequendarum concitationibus, tuationibus, praescriptionibus, bello, litteris regalibus, fori declinatoriis et aliis exceptionibus, suffensionibus, atque impedimentis quibusvis legalibus protractum, et nullis quae cum satisfaciendi potestatem eiusque terminos differant, iuris remedio usurum se obligavit, atque sibi bonis suis omnibus successoribusque ferendum inscriptionis pecuniae onus benivole imposuit, super quo mediante solutionis officio pecuniae.

Reformati Popielowa.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castri premisl. Nobilis Iuan Popiel dictus Colodrub, in Popielie et Kotkow sortis suae feris, mente corporeque sanus, proprio quovis iure suo competentique iurisdictione omisso, pecuniae vero sue Castri in se bona atque successoribus suis, actus pecuniae respectu, imposita publice ac benivole reservavit, quia post Nobilem Wachnam, Nobilis Zanko Jaszieniecki filiam, et coniugem suam legitimam recepit ac effectuabit levavit, florenos centum per polis dotis, quosquidem centum florenos pro dotis post eam acceptae, et alios centum florenos pro dotalitio, motus erga ipsam coniugem suam, amore matrimoniali inscribit et reformat. In et super mediante omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium, se in Popielie et Kotkow et alibi ubicunque concernentium, nunc habitorum et impost habendorum, in mediante praedii curiae arie domus, aedificiorum, auri argenti clenodiorum ac suppellectilis totius domesticae. Per ipsam Wachnam coniugem suam legitimam bona praefata omnia ipsi praemisso modo reformata, cum omni iure dominio, ac proprietate, cum omnibus eorundem bonorum pertinentiis, attinentiis, proventibus, fructibus, redditibus, tenenda, habenda et more aliarum reformationum, in Regno Poloniae et terris eiusdem observatarum possidenda perpetuo, quamquidem reformationis inscriptionem, ipsi Iuan Popiel ex actis praesentibus Castri ad acta terrestria premisl. per primis et sedis terrestribus premisl. terminis, in hac melior forma transportatus est. Sub damnis terrestribus, per ipsum ob transportatam inscriptionem succubitum

de quo se in manus Nobilis Anton Jaszieniecki fratris ipsius Wachnae inscribit. Pro quibus damnis terrestribus, et pro transportanda inscriptione, ipse Iuan Popiel, successorum suorum, per dictum Anton Jaszieniecki citatus, foro quovis proprio omisso, coram terr. Ill. Castri premisl. iudic., cui se ad quod sequitur citatur cum bonis et successoribus suis subiecit, in primo et peremptorio citationis termino rusticum, et inscriptionem pecuniae luitis damnis terrestribus, satisfacturum se obligavit. Nullisque eundem peremptorium terminum, quot quot solum sint, et de iure consuetudinaque observentur dilationibus, motionibus, appellationibus, eorundem prosequendarum concitationibus, bello, litteris regalibus, tuationibus, praescriptionibus, legalibus impedimentis protractum, si sub causae cuius amissione obligavit, super quo mediante solutionis officio pecuniae.

Donati Cmetonis in Kolbaiowicze

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castri premisl. Nobilis Ioannes Nadkowski de Czaikowicze, mente et corpore sanus proprio quovis iure suo competentique iurisdictione omisso, pecuniae vero sue Castri in se bona atque successoribus suis, actus pecuniae respectu, assumpta, publice ac benivole recognovit, quia bona sua hereditaria Cmetonem sequitur dictum Timkopissum in villa et hereditate Kolbaiowicze consistentem, quem solus habet a Nobili Gasparo Woiakowski, quondam olim Laurentii Woiakowski iudicis terrestris premisl. filio iure perpetuo acquisitum, cum omni iure, dominio, proprietate, pertinentiis, attinentiis, proventibus, fructibus, redditibus, atque cum agro, et area in quibus residet, quibuscumque solus ipse Ioannes Nadkowski tenuit, habuit, ac possidebat, nullis prorsus, qui ad eundem Cmetonem, antiquitus spectant, ab eo exceptis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, quondam Iacobo et Stanislao Boliestraszickim Swietopolkom de Przerzeczi, quondam olim Stani Boliestraszicki Swietopolk filiis, atque ipsorum successoribus legitimis dono perpetuo ac irrevocabili dedit donavit, ac perpetuo resignavit, per eosdem Iacobum et Stanislaum Boliestraszickie, atque ipsius legitimos successores bona praedicta, praemisso modo donata, tenenda, habenda, atque cum omnibus eorum bonorum dicti Cmetonis proventibus, censibus, atque cum omnibus et praefectis redditibus possidenda, nemine prorsus, et successoribus suorum, beneplacito usu, convertenda perpetuo. Si quemquidem praedictus